

aveva trovato, che dai tempi del pontefice Sisto IV sino allora se n'era rinnovata quattro volte l'occasione: quando, cioè, nell'anno ottavo del suo pontificato, questo papa aveva assolto personalmente tre nobili baroni spagnuoli, che avevano ucciso il loro vescovo di

» verberavit, assistentibus duodecim pre-
 » sbyteris, similiter cum virgis verberanti-
 » bus. — Deinde idem Sixtus anno nono
 » sui apostolatus absolvit oratores Floren-
 » tinos nomine vexilliferi et domini flo-
 » rentini eo quod archiepiscopum Pisanum
 » suspenderant laqueo in platea, et quia
 » etiam cardinalem sancti Georgii captiva-
 » verant: ideo papa eosdem oratores ante
 » basilicam praedictam, non nudos, sed
 » vestitos cum virgis verberavit, assistenti-
 » bus similiter duodecim cardinalibus pre-
 » sbyteris cum virgis verberantibus et aliis
 » omnibus cardinalibus in circulo stanti-
 » bus. — Deinde Innocentius Sixti successor
 » absolvit vexilliferum justitiae et unum
 » de antianis populi civitatis Bononiensis
 » eo quod unum presbyterum et unum fra-
 » trem sancti Francisci in platea de facto
 » suspenderant, et hos non ipse pontifex
 » percussit per seipsum, ne illos tantum
 » honoraret ut subditos, sed circumstanti-
 » bus omnibus cardinalibus in die Paschae
 » resurrectionis fecit per poenitentiarios
 » omnes cum virgis acriter percuti et qui-
 » dem totaliter nudos etiam sine caligis,
 » sed solis campestribus sive brachis pude-
 » bunda tegentibus, et diu quidem percuti
 » fecit donec tres ex septem psalmis poe-
 » nentialibus dicerentur. — Novissime
 » vero Alexander nonnullos cives Ascula-
 » nos absolvit, ex eo quod rebellos fuerant
 » contra sedem apostolicam, et quia etiam
 » vi et proditione occupaverunt Arcem Eu-
 » fidae et hos nudos non ante januam ba-
 » silicae, sed ante januam et in aula ante
 » capellam majorem palatii fecit a poeni-
 » tentiariis omnibus cum virgis percuti. —
 » Itaque his intellectis et visa veritate hu-

» jusmodi, ac etiam intellecto a me, quod
 » non de necessitate absolutionis hujus-
 » modi verberatio, sed de solemnitate fieri
 » solet, mandavit mihi, ut formam et mo-
 » dum caeremonialem, quo uti in Veneto-
 » rum absolutione posset componerem et
 » scriberem, et sic in scriptis eis ostende-
 » rem, quia ibidem sua sanctitas aut addi
 » aut minui, pro voluntate sua juberet: ac
 » etiam intellecto quod sub porticu et in
 » secunda dominica quadragesimae, quae
 » est vigesimaquarta februarii, ut supra
 » scripsi, in hunc modum, videlicet:—Prae-
 » paretur ante valvas et in claustro sive sub
 » porticu basilicae principis apostolorum
 » pro actu ipso absolutionis agendo, ac ha-
 » beatur suggestus trium graduum solitus
 » papalis, et inter duas portas basilicae,
 » idest, apud aeneam quae media est pona-
 » tur et tapetibus ornatur tam suggestus,
 » quam paries pannis sericeis magnis. Fo-
 » res omnes basilicae sint clausae, donec
 » erunt ipsae aperiendae. Informetur pro-
 » curator fiscalis, qualiter ipse debet petere
 » ab oratoribus an habeant mandatum et
 » illud praesentare: An velint jurare de
 » parendo mandatis papae et ecclesiae ac
 » sedis apostolicae: Et quod ipse debet re-
 » quirere omnes notarios ut instrumentum
 » et instrumenta conficiant. Informetur
 » notarius tamen unus, vel duo, aut omnes
 » ut stipulentur et testes rogent. Informetur
 » cardinalis poenitentiarius, ut simul
 » cum poenitentiariis adsit in tempore cum
 » virgis, si opus erit, et quod introducant
 » oratores in gremium ecclesiae. Habeatur
 » liber pontificalis, ut papa possit ex eo le-
 » gere psal. *Miserere mei, Deus*. Habeantur
 » omnia capitula scripta in bona forma